SCRIPTURÆ SACRAE

CURSUS COMPLETUS

15

DE PSALMIS

BS548
M5
v.15

007716

1080014721

EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

222
J.P.M.

ELENCHUS
AUCTORUM ET OPERUM
QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR.

GENEBRARDUS.

In Psalmos Commentarium (à Psal. 14 ad 104).

BERTHIER.

Notes et Réflexions sur les Psaumes.

ROSENMULLER. - - IAHN. — BOSSUET. — BELLANGER. — HOUBIGANT. — GENOUDE. MUISIUS. — BELLARMINUS. — JANSENIUS. — FLAMINIUS. — CAJETANUS. TIRINUS. — ESTIUS. — MENOCHIUS. — GROTIUS. — MALDONAT. — VATABLUS. LYRANUS. — MERCERUS. — PISCATOR. — MALVENDA. — CASTALIO. — PINEDA. CODURCUS. — JUNIUS. — COCCEIUS. — STULTETUS. — HAMMONDUS. RIVETUS. — MUNSTERUS. — GEJERUS. — CALOVIUS. — DRUSIUS. — LUD. CAPPELLUS. JAC. CAPPELLUS. — AINSWORTHUS.

Annotationes.

—

INDEX RERUM.

Excudebat Migne,
in viâ dictâ D'AMBOISE, hors la barrière d'Enfer.

SCRIPTURÆ SACRÆ
CURSUS COMPLETUS,

EX COMMENTARIIS OMNIUM PERFECTISSIMIS UBIQUE HABITIS, ET A MAGNA
PARTE EPISCOPORUM NECNON THEOLOGORUM
EUROPÆ CATHOLICÆ,
UNIVERSIM AD HOC INTERROGATORUM, DESIGNATIS,
UNICÈ CONFLATUS,

Plurimis annotantibus presbyteris
ad docendos levitas pascendosve populos altè positis.

ANNOTAVIT VERO SIMUL ET EDIDIT
J. P. M****.

EDITIO NOVISSIMA.

TOMUS DECIMUS QUINTUS.

In Psalmos Commentarium.

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Tellez

PARISIIS,
APUD EDITORES,
IN VIA GALLICÈ DICTA:
RUE D'AMBOISE, BARRIÈRE D'ENFER.

1841.

Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria
FONDO EMETERIO VALVERDE Y TELLEZ
44461

BS 548
M5
v. 15

FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

SEQUITUR IN PSALMOS COMMENTARIUM.

1 (1). PSALMUS DAVID (2) XIV.

HEBR. XV.

2. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?

3. Qui ingreditur sine maculâ, et operatur justitiam;

4. Qui loquitur veritatem in corde suo; qui non egit dolum in linguâ suâ,

5. Nec fecit proximo suo malum, et opprobrium non accepit adversùs proximos suos.

6. Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: timentes autem Dominum glorificat.

7. Qui jurat proximo suo, et non decipit; qui pecuniam suam non dedit ad usuram, et munera super innocentes non accepit.

8. Qui facit hæc, non movebitur in æternum.

PSAUME XIV

1. Seigneur, qui habitera dans votre tabernacle, ou qui reposera sur votre sainte montagne?

2. C'est celui qui marche dans l'innocence et qui pratique la justice;

3. Celui qui dit la vérité dans son cœur, qui ne commet point de fraude en parlant;

4. Celui qui ne fait point de mal à son prochain, et qui n'adopte point l'injure qu'on fait aux autres;

5. Celui qui réduit l'homme malin à n'être rien en sa présence; qui honore les hommes touchés de la crainte du Seigneur;

6. Celui qui s'engage par serment à son prochain, et ne le trompe point; celui qui ne donne point d'argent à usure; celui qui ne reçoit point de présents pour accabler l'innocent.

7. Celui qui fait ces choses ne sera jamais exposé à déchoir de l'état bienheureux.

(1) De psalmi argumento dissident Patres. Putat Beda, Judæorum captivorum vota, libertatem cupientium, hic exhiberi. Eusebius, S. Basilius, S. Hieronymus, perfecti hominis imaginem hic vident, cujusmodi homines æterna Dei tabernacula, montem sanctum, cœlestem Hierosolymam, Dei viventis civitatem frequentaturi sunt. Aliis placet hic à Prophetâ describi, qui sint veri Israelitæ, vel Dei sacerdotes. Ex aliis, verus hic Christianus et Christi sacerdos pingitur. Quidam montem sanctum à tabernaculo distinguunt. *Tabernaculum* ipsum est corpus, vel Ecclesia, cujus membra sumus. Mons sanctus est æternitatis domicilium. Levissimum est discrimen; eòdem enim utraque res fermè collimat.

Psalmum esse tantummodò moralem, eoque veri Israelitæ conditiones describi, aiunt plures. Asserit Ferrandus tunc exaratum esse, cùm arca Hierosolymam solemni ritu translata est. Nos superioris Psalmi continuationem esse censemus. Postquàm oravit Deum Psalmista, ut salutem Israeli mittat, populumque captivitate liberet, hic interrogat: Domine, quis ad hoc felicitatis culmen perveniet, ut sedem in monte sancto tuo collocet, seseque tabernaculo tuo sistat? Quis libertate fruetur, quam Judæ in patriam reducto restiturus es? Quæ futura est nova hæc gens, quam Hierosolymis statues? Ea certè futura non est gens impia, corrupta, fide et humanitate carens, quales superiori Psalmo Babylonios descripsi; at gens sancta, justa, fidelis, sincera, etc. Genuinam hanc esse puto hujus Psalmi sententiam. Futuram Hierosolymitanorum civium sanctitatem solutâ captivitate hic scriptor opponit sceleribus quæ inter Babylonios videbat. (Calmet.)

Michaelis atque Doederlinius proceribus inprimis et magistratibus, Toblerus autem et Paulus sacerdotibus atque cultûs sacri ministris vitæ morumque exemplar hocce carmine propositum esse putant. Sed est ejus, æquè ac Psalmi primi, argumentum generale prorsùs, nec facit ad ejus intelligentiam, si certo alicui hominum ordini applicamus. (Rosenmuller.)

(2) Quidam Græci Latinique codices ferunt: *In finem, Psalmus David.* At neque Hebræus, neque Chaldæus, neque S. Hieronymus, neque plura Græcorum exemplaria legunt, *in finem*, seu præfecto musices. Moralem causam profert S. Chrysostomus, cur ea verba legenda non sint. At Complutensis editio, Euthymius et Hesychius ea in suis libris habuêre. Imò Hesychius conjecturas dedit, ut servanda esse demonstraret. Certè duo hæc verba parùm adeò Psalmi explicationem juvant, ut nulla interpretibus mora ex iis creari debere videatur (Calmet.)

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — DOMINE, QUIS HABITABIT. Per tabernaculum Dei, et montem sanctum, Judæam recentiores intelligunt. Tu ad litteram accommodatiùs montem illum cœlestem, et tabernaculum, ceu domicilium Dei sempiternum, sive quia non tantum est beneficium permanere in terrâ aliquâ, sive quia ad eâ fruendum non opus est tantâ virtute. Non alienè etiam accommodant ad Ecclesiam, quæ est tabernaculum Dei viventis, et mons ejus sanctus, ut is dicatur futurus civis Ecclesiæ, qui probitati studuerit. Nam tales ad eam vocari solent, ac in eâ retineri, ne ad hæreses et impias alias religiones transeant. Nonnulli item dividunt ac intelligunt per tabernaculum militantem Ecclesiam, uti illud erat templum castrense, et quasi temporarium; per montem sanctum, fixum et immobilem, Ecclesiam triumphantem et cœlestem, sed simpliciùs, ut dixi, ut pro eodem, id est, cœlo, utrumque accipiatur. Chald.: *Quis dignus est ut habitet*, quis dignus ut requiescat? IN MONTE SANCTO TUO, in cœlo tibi sacrato; ad verb.,

1 007716